

998 febbraio 8, Codevigo

Petrus, figlio del defunto Benedictus da Piove di Sacco, vivente a legge longobarda, per la salvezza dell'anima sua e di Eoda sua madre dona al monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo nel territorio delle Venezie e a Scarabaucus abate 2 appezzamenti di terra arativa che egli possiede nel comitato di Treviso, nel territorio della Saccisica, non lontano da Arzere, il primo in località detta Urte, il secondo in località detta Casa Cristiano.

Copia autentica del XII secolo da originale in Norimberga, Museo Nazionale Germanico [B].¹

Edizione: Lanfranchi Strina 1981.

S. T. In nomine domini nostri Ihesu Christi. Regnante domino nostro Oto magno imperatore hic in Italia anno secundo, octavo die de mense februarii, indicione undecima. Monasterio Sancti Angeli quod est ordinatum infra finem Venetiarum in loco ubi Brundolo² ego Petrus filius quondam Benedicto³ de loco qui dicitur Sacco,⁴ qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, offertor et donator ipsius ecclesie seu monasterii presens presentibus dixi. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iuxta Auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiet, insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ita in eadem ecclesia et in eodem monasterio Sancti Angeli dono et offero pro anima mea et infrascripta Eoda matre mea mercede, id est petias duas de terra aratoria iuris mei quam habere visus sum infra committatum Tervisionense, in fine Sacisicca,⁵ non multum longe da loco qui dicitur Argere. Prima petia de terra in loco ubi dicitur Urte. Coheret ei per transversum de uno capite pertice septem et de alio capite similiter septem. Coheret ei ex uno latere Iohannes filius Petro Leani abet, quidem alio latere via percurrente et de ambabus capitibus fossa aiacente. Secunda petia de terra in loco ubi dicitur Casa Cristiano. Coheret ei per transversum de uno capite pertice sedecim et de alio capite similiter. Coheret ei de uno latere Iohannes de Berta abet et de alio latere fossa percurrente et de ambabus capitibus fossa adiacente, si ibique alii sunt coherentes. Quas autem infrascriptas duas petias de terra aratoria iuris mei superius dicti, una cum accessione et ingresoras earum seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter supra mensuras et coherentias legitur in integrum, ab hac die in eadem ecclesia et in eodem monasterio Sancti Angeli donamus, cedimus, offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem habendum confirmamus, faciendum exinde pars ecclesie seu monasterii seu domno Scarabauco abbate et suis successoribus seu monachis, qui ibidem ordinati fuerint et die noctuque Deo deservierint, ad eorum usum et sumptum a presenti die proprietario nomine quicquid volueritis pars ipsius ecclesie seu monasterii, sine omni mea et heredum meorum contradicione atque pro anima mea et infrascripta genitrice mea mercede. Hanc n[amque] cartule offersionis paginam Iohannes notarius tradidit et scribere rogavit, in qua etiam subter confirmans testibus obtuli roborandam. Actum in loco ubi vocatur Caput de Vicco feliciter. Signum manibus infrascripto Petro de Benedicto qui hanc cartulam offersionis fieri rogavit ad omnia infrascripta. Signum manibus Martino qui dicitur Bertani, Petro filius de Urso, Petro filio Berni, Martinus Porcario et Iohannes filio eius viventes lege Longobardorum testes. Signum manibus Sesaldo et Giso qui dicitur Faber et Bernardus filius Armenardi testes. S. T. Ego quidem Iohannes notarius scriptor huius cartule offersionis post traditam complevi. S. T. Nam et ego Adam notarius et causidicus hoc exemplum ex autentico renovavi ne causa vetustatis consumeretur et quod inibi vidi et legi scripsi, nec auxi nec minui.

NOTE STORICHE

¹ Le pergamene dell'archivio del monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo furono messe all'asta nel XIX secolo e finirono disperse in più luoghi della Germania e dell'Italia. Si veda documento Venezia 1 e nota 1.

² Sul monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo si veda il documento Venezia 1 e la bibliografia alla nota 4.

³ Si noti che Pietro di Benedetto da Piove di Sacco non è un esponente della élite del regno. Gli enti monastici veneziani attirarono la devozione anche di individui di media ricchezza ed estrazione sociale. Si veda infatti documento Venezia 28. Sui rapporti patrimoniali degli enti monastici veneziani con l'aristocrazia regnicola e non si vedano invece documenti Venezia 1, 8, 9, 15 e 16. Per un quadro d'insieme sui rapporti tra Venezia e la terraferma si rimanda a WEST HARLING 2013, pp. 249-252.

⁴ Località identificabile con l'attuale comune di Piove di Sacco in provincia di Padova. POZZA 1998, p. 20.

⁵ Si noti che la Saccisica era allora collocata nel territorio di Treviso.